

Pri. 31. Num. 15.

1768, 6.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

A N

E X C E P T I O N I S C T I M A C E D O N I A N I

N O C E A T

R E P L I C A T I O P E C V L I I A D V E N T I T I I

I R R E G V L A R I S

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. I V R. N A T. E T G E N T. P V B L I C. O R D I N.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G.

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E V I I I. I V N I I A N N O C I D I O C C L X V I I I.

P V B L I C E D E F E N D E T

G O T T L I E B B E N I A M I N B Ü R G E R

R V H L A N D. L V S A T.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.



МЛМ 10232

ИАМОНДАМ НЕСКОТОРЫХ
ПРИЧИНАХ ПОДВИЖНОСТИ

УГЛА ДУБЯДИ

БОГО

И ТАКИХ ДРУГИХ СОСТАВЛЕНИЙ

СЛОВА ОДНОГО АЛЕКСАНДРА

ИЗ ВЪДѢВЪДІЯ ПІДІМІСЬ

БОГО

І ТАКИХ ДРУГИХ СОСТАВЛЕНИЙ

СЛОВА ОДНОГО АЛЕКСАНДРА

И ТАКИХ ДРУГИХ СОСТАВЛЕНИЙ

СЛОВА ОДНОГО АЛЕКСАНДРА





AN
EXCEPTIONI SCTI MACEDONIANI
NOCEAT
REPLICATIO PECVLII ADVENTITII
IRREGVLARIS.



§. I.

Ec opus est, nec libelli breuitas patitur, vt,
quae de *SCTi Macedoniani* nomine, historia,
causaque agitentur controuersiae inter doctos
viros, referamus. Non quidem de nihilo est
scire, quis improbus ille *Macedo* fuerat, qui huius iuris capit*i*
nomen dederat, quippe ex illius conditione atque qualitate
rectius ipsum SCtum interpretari debet; placet tamen eorum
opinio, qui foeneratorem eundem habent ob autoritatem ver-
borum VLPANI in L. 1. π. de *SCTo Maced.* dicentis: *qui*
pecuniam malis nominibus CREDERET. Nec valebit au-

A 2

tori-

❖ ❖ ❖

autoritas THEOPHILI *Paraphrast.* qui filium familias fuisse adfirmauerat, quidquid pro eo defendendo dicat MARANVS in *Paratit.* b. t. et HEINECCIVS in *Hist. iur. ciu.* L. I. §. 177. et in *Pandect.* b. t. cui non credibile videtur, autorem tam veterem et bonum in re notissima aberasse, quem tamen concedit in rebus historicis errare teste adducto MEGALIO in *Amoenit. iur. Ciuit. Cap. XIX.* Nec maioris ponderis est alterum, quo vtuntur, argumentum, quod VLPIANVS Macedonem nunquam foeneratorem dixerat; quasi necesse hoc fuisset, cum manifesto id indicent verba supra adducta, et credere de foeneratoribus commode dicatur, non aequae de filio familias, qui mutuum potius accipit, cum nihil proprii habet, quod credit.

TACITUS
GERMANIA
CITADELLE
§. II.

Sed haec eo magis perspici possunt, si ipsius SCri vim recte attendimus. Occasionem enim dedisse deperditam filiorum familias quorundam viuendi rationem, qui eo insaniae procedebant, ut horrendum parenticidii crimen non auferarentur, quo paterna bona dissipare, suaeque libidini atque deperditae videndi, consuetudini satisfacere possent, cum ita iam tempore CICERONIS pro *Sext. Roscio Amerino.* Cap. XXII. agere solerent filii familias, haud dubitandum. Sed ut huic malo reipublicae medelam praestaret senatus, non ad luxuriem atque improbitatem filiorum familias respexit, sed potius primam euertere studuit causam, quam in foenerorum improbitate deprehenderat. Hoc genus hominum pestem esse solere iuuentuti Romanae huicque peccandi causam saepius praestare, exemplo Macedonis cognovit; quare eosdem ita coercendos statuit: ne cui, qui filiofamilias mutuan pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius, cuius in pote-

poteſtate ſuiſſet, aſio petitioue daretur. Maniſto apparet, primario hoc SCtum in odium foeneratorum factum fuiffe negatamque et actionem et petitionem, ſi filioſamilias pecuniam mutuam credidiffent.

5

§. III.

Cum ergo principale, quod in SCto Macedoniano deprehenditur, eft in foeneratores odium, ſecundario parentibus accedit fauor, quorum vitae ſecuritati ſimul proſpectum eft; negari ramen haud poteſt, filiiſ familias ſimul aliquem accedere fauorem, quippe exceptio, qua negatur foeneratoribus actione petitioue, his ſemper proderit, ſi conueniantur. Sed rectus eft BOEHMERVS ad Pandect. b. t. §. I. hocce SCtum priuilegium liberorum dici non poſſe, quippe ipſi fruuntur hoc fauore ex odio, quod lex in foeneratores ſtatuit. Ex his vero facillime diiudicari poterit, an et quibus cauis poſſit hic fauor liberis ex SCto Macedoniano accedens, explicatione euerti.

§. IV.

Iam ergo ſi filius familias mutuam accepert pecuniam, non tantum quoſque filius familias ſub patria exiſtet potesta, tutus erit, ne a ſuo creditore conueniat; verum, quamuis poſtea in ſuam veneſit tutelam, cum in odium foeneratorum ſtatutum ſit SCtum, ne actionem neve petitionem inſtituere poſſint; tamen adhuc exceptione huius SCti fauoris fruerur. Quid vero? ſi peculium habeat filius familias, idque vel caſtrene, vel quaſi caſtrene, vel aduentitium ſit illud aut regulare aut irregulare; an et tunc ipſe filius familias hac exceptione hocque fauore SCti Macedoniani fruatur? De filio fami-

A 3

fami-

familias, qui castrense vel quasi castrense peculium habet, cum intuitu huius pro patre habeatur, omnes prope consentiunt, exceptione SCti Macedoniani tutum tunc filium non fore, si mutuam ceperit pecuniam. Creditor enim tunc non videbatur filio familias, sed patri familias pecuniam mutuam credidisse. De aduentitio vero regulari peculio, nihil est, quod moneamus, quippe filius familias permanet, neque ipsi profit rerum peculiarium proprietas, cum visusfructus patri competat. Cum itaque prohibitum sit indistincte, ne quis filio familias mutuam credat pecuniam, non tantum agit contra iuris prohibitionem, creditor credendo mutuum, verum periculum est, ne si acceperit mutuum filius familias peculium aduentitium regulare habens, posteaque solutionem exigat creditor, parentum vitae insidiae fiant, quo ipsem et visusfructum suarum rerum habeat, patrique succedat, ut, quae exi guntur pecuniae mutuae, solvi possint.

§. V.

At, si irregulare peculium habet filius familias, an adhuc se tueri possit contra creditorem, qui quam mutuo dederat pecuniam, exigit, exceptione SCti Macedoniani? Negan plerumque filio familias exceptionem hanc ex causa peculii aduentitii regularis, cui sententiae praeter LAVTERBA CHIVM ad π. b. t. et alios ad stipulatur quoque BOEHMERVS in Doctr. Pandect. h. t. §. 3. ex ratione quam addit, quia hic parentibus amplius nihil metuendum sit, et praemissa altera, quia inter viuos libere de aduentitio illo peculio irregulari disponerent liberi. Sed grauiter adhuc dubito, an haec recte se habeat opinio. Constat quidem, liberis competere inter viuos disponendi facultatem de rebus suis peculiaribus aduentitii irregularis peculii; at constat etiam, filium familias non quam

quam pro patre familias haberi intuitu irregularis peculii, sed manere filium familias. Amplius quidem non potest negari, parenti tantum metuendum non esse, cum, si cessante SCti Macedoniani exceptione condemnato filio soluendum esset, haberet peculum irregulare, ex quo soluere posset. Sed supra monstrauimus, coercitos fuisse hoc SCto foeneratores, iisque in genere prohibitum, ne filiis familias mutuam pecuniam crederent, secundario parentum rationem habitam fuisse; consequi posse arbitror, odium in foeneratores eamque prohibitionem SCti in peculio aduentitio irregulari nondum cessare, sed adhuc adest causam, quod filio familias mutuam dederit pecuniam, non vero patri familias.

§. VI.

Evidem obici posset, cum diuisio aduentitii peculii in regulare et irregulare posterioris aetatis sit, vt de ea cogere non potuerit SCtum Macedonium: tamen puto adhuc manere suam exceptionem filiofamilias peculum aduentitium irregulare habenti, cum noua lex quidem eidem vsumfructum et disponendi facultatem concedat filio familias, vt si soluerit, repetitio solutae mutuae pecuniae non detur, at non existat noua lex, quae, quam negauerat actionem contra filium familias SCtum Macedonianum, foeneratori restiterat.

§. VII.

Sed, si filius familias peculum aduentitium irregulare habens, mutuum contraxerat, postea mortuus fuerit, reliquo patre herede peculii aduentitii irregularis: an adhuc patri competit exceptio SCti Macedoniani? Neque patri neganda

8

❖ ❖ ❖

da erit exceptio. Cum enim ex iure proprio sibi competente ad soluendum filii familias mutuum non obstringatur pater, autoritate SCti, ipse vero filius, licet irregulare peculium habet, tutus tamen exceptione SCti esset, ut antea diximus, sequitur nec patrem hanc exceptionem amittere posse, adquirendo filii peculium irregulare. Sicut enim mortuo cum viueret nulla esset ad soluendum obligatio, ita heredis patris salua erunt iura, cum succedat in filii quidem obligationes validas, non vero eas, quae elidi exceptione possunt. Et tandem, cum nec noua lex adsit, quae restituat foeneratori et hoc themate actionem contra patrem instituendam, verior videtur sententia, quae patri adhuc SCti Macedoniani exceptionem hoc themate tribuit.

T A N T V M .



ULB Halle
005 880 491

3



ND18





Farbkarte #13

| | Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|-------------|------|------|-------|--------|-------|---------|-------|---------|-------|
| Inches | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 |
| Centimetres | 2.54 | 5.08 | 7.62 | 10.16 | 12.70 | 15.24 | 17.78 | 20.32 | 22.86 |

B.I.G.

Pri. 31. Num. 15.

1768, 6.

C I M E N

T I N E N S

CONTROVERSVVM

A N

TI MACEDONIANI

C E A T

CVLII ADVENTITII

E V L A R I S

V O D

VM ORDINIS GRATIA

E S I D E

HENR. BREVNING

E T G E N T. P V B L I C. O R D I N.

L I T E R. D V I S B V R G.

O C I O

RIO PETRINO

ANNO CICICCLXVIII.

D E F E N D E T

NIAMIN BVRGER

N.D. LVSAT.

S I A E

LANGENHEMIA.

